

blaret, & cives omni tempore Soter iuvando protegeret. *Eo tempore quo templum Minervæ Troie edificabatur, Palladium de celo cecidisse, fabulantur Poëtae, & in templo nondum tecto sibi locum delegisse: quæ res cum maximo omnium esset miraculo, ab Apolline responsum est, tandiu urbem incolumen fore, quandiu simulachrum servaretur.* Ita Pausanias, tam in Attic. quam in Corinthiæ. Pomey in Pantheo Mythic. part. 1. Vives in 1. Civ. cap. 2. Chartar. in Minerv. fol. 242. Plutarch. in Camillo, Dionys. Halicarnass. 1. Antiquit. Roman. Natal. Com. Mytholog. lib. 4. cap. 5. Rosin. lib. 2. cap. 12. Lucan. lib. 9. à vers. 992. Virgil. 2. *Eneid.* à vers. 165. alijque plures. Hæcne cuilibet obvia specialia sanè (uti observavit Gentianus) quæ ex Dionysio in 5. p. Circuli, refert Clemens Alexandrin. *Protreptic.* ubi asserit, Palladium nihil aliud esse, nisi ossa Pelopis. Unde La-Cerda in *Virgil.* loc. cit. inquit: *Palladium consecrum ex ossibus & reliquijs Pelopis.* Appositè canam cum Propert. lib. 3. *Eleg.* 5. v. 41.

Ficta in miseris descendit fabula gentes. Erunt namque felices, quibus contigit veritas protectionis; quippe Frechillæ vera amplissima gloria, quod Priscis fabula: quandoquidem villa nobilis tutatur cælesti patrocinio, ælimabili Palladio, consecro in civium ac cunctorum sartumtectum ex ossibus atque reliquijs Sanctorum; descendente de celo Michaële, atque locum in templo, nondum tecto, designante; ut ibi e celo subsistant optabiles gratiæ, quandiu sub altare sacræ steterint reliquiæ. Hic est loci æmulabilis honor, quippe quotidie ipse sibi, civibusque Archangelus maior.

— Ingens ingentibus annue captis.
Luce tua redimitur amas, tu propter ovantè,
Tu verò in zyrum versans agitata corsicæ
Pondera mucronis.

DIDASCALIA II.

Ieiunium vires non frangit, sed reficit.

I Magna ieiunij à PP. encomia, sed amplior gratia. *Ieiunium refectio anime, cibus mentis, vita Angelorum, culpa mors, remedium salutis, radix gratiæ, fundamentum castitatis:* ait Ambros. de *Elia & ieiun.* cap. 3. & Prudentius in *Cathemer.* à v. 894.

Quid Palladium, & ex quo?

Pausan.

Clem. Alex.

La-Cerd.

Propert.

Ian. Vital.

Ambros. Ieiunij fructus.

Ieiunium litamus victimam.
Hinc subiungatur luxur & turpis gula,
Libido sordens, invertecanda lepos,
Varieque pestis languidorum sensuum.
Parcam subactæ disciplinam sentiant.

Opportunè *litamus* dixit, tanquam sacrificium grati per ieiunium, quo exterminium fit victiorum. Sic enim accipit *Litare* Plutarch. de *Delect.* Oracul. ubi: *Signum esse redditurum Oraculum Apollinem, si litatum sit: aut contra non reddicturum, si litatum non sit.* Vide dicta *Tautolog.* 3. num. 22. & Pausan. in *Laconic.* seu cap. 90. addeque illud Iosephi 3. *Antiq.* cap. 9. *Ex lapillis enim, quos Pontifex in bumeris gestabat, micabat alter, quoties litatum esset, is qui dextrum bumerum occupabat: tantumque fulgorem emittebat; ut procul etiam insistentibus conspiceretur: idque præter naturam suam & consuetudinem; quod certè admirationem meretur.* Sic litatur, & sic ieiunium accipitur; igitur abstinentiæ cibi mens revocatur ab iniquitate. *Ieiunium est mors victiorum, vita virtutum* (inquit Iulianus Toletan. in *Nabum*) *castitatis murus, pudicitie propugnaculum, & civitas sanctitatis.* Cuncta sanè in ciborum abstinentia: equidem si in mundo contra dæmonem pugna; nulla maior virtus in illum quam parmitonia. Fortes eligere iubetur Gedeon contra Madian, quasi locustas super terram habentem militum copias; sed eliguntur tantum, *qui lingua lambuerint aquas.* Non qui usque in satietatem biberint, sed qui duntaxat potum gustaverint: non gustare est impossibile humanæ defectibili & etiam deficienti conditioni. Gustare indicat ieiunium: & qui tantum degustant, eliguntur ad prælium; quoniam ieiunium minimè vires frangit, sed vires reficit. Inevitabile continuumque prælium versatur inter homines & dæmones; quippe huiusmodi prælio diriguntur homines in viam pacis: & ita vis ieiunij gladio abstinentiæ; ut de hostibus pariant triumphum, antequam educant gladium. Trecenti electi ceperunt buccinis clangere, & conplodere inter se lagenas, clamaveruntque: *Gladius Domini & Gedeonis.* Quisnam ergo gladius? Ieiunij virtus: Dominique dicitur, priusquam à militibus Gedeonis educatur; quoniam Deus in vindictam sumpsit gladium, dum milites Gedeonis observaverunt ieiunium. Petiorunt hi lasi panes, ut reliquos fugientes persequerentur inimicorum duces; nec acceperunt à civibus: claruit tunc in militibus Domini gladius, ut victoriam quam ieiunium inchoavit, maius ieiunium perficeret: equidem in castris spiritali-

Prudent.

Quid sit litare?

Plutarch.

Iulian.

Iudic. 7. 5.

Ieiunij virtus.

Verf. 20.

Cap. 8. 5.

libus maior virtus, quò ieiunium maius. Felliciora sanè nostris temporibus essent militum arma, si observarentur à bellatore ieiunia. Proh dolor! Totum belli pondus in virtutes, non in hostes.

Math. 23. 26.

Maldonat.

Non homo, qui natus peccator.

Horat.

Augustin.

3. Reg. 17. 9.

peregrinum hominem alere instituit: igitur, si dare elemosynam, consilium; vidua religio observavit, ut præceptum. Præceptum erat sibi filioque consulere; quippe nihil aliud erat urente necessitate: cæterum ordinem charitatis transillivir, ut ampliorum charitatem exerceret: igitur si charitas elargitio de superfluis; apex sanè perfectionis, subsidium de necessarijs: quippequam egens deficere statuit halitus, ne deficeret egenus: Specimen exhibetur nobis charitatis Divi Francisci, eiusque ordinis Seraphici: siquidem in auxilium pauperum, dum nihil habent, omnia possident: elemosynasque in usus pauperum mandant, vel ex his quæ sibi servant.

Pretiositas elemosyna magna ampliorum maxime.

Odi. Van.

Idem.

Charitas Francisci eiusque famulæ.

Verf. 12.

Genefia. 16.

Prodigit ille suum, Domino quo serviat, aurum:

Latus in obsequio cuncta dedisse suo.
Venit inops, occurrit manus. Latrat stomachus, sed filius respicit patrem, & simul in corde flagrantem ignem: dicitque Francisco asseclæ charitatis perfectio:

Me tua ieiunium saltem satiabit imago.
Igitur adinstar viduæ (panem filiole preterte) indulsit quòd esuriret natus, ne esuriret peregrinus. Ieiunium satiat imago, ubi in amaritudine inest mirificæ charitatis dulcedo: quandoquidem stomacho vacuo edulij, fames satiatur refectioe pauperis.

4. Viduæ egenti panem petijt Elias, ut magis lucreret elargientis charitas. *Non habeo panem* (illa r epondit) *nisi quantum pugillus capere potest: en colligo duo ligna, ut ingrediar & faciam illum mihi & filio meo, ut comedamus, & moriamur.* Oppositum utique firmisimum: panem enim degustant, ne moriantur. Si panis in escam, & esca in vitam, tanquam mortis lactamen; quomodo præglutantes tendunt in mortem? Si non comedunt, morientur; & comedentes moriantur? Inquiritur à PP. unde quibat cognosci in Adamo mortalitas, seu vitæ defectibilitas, priusquam à statu felicissimo originalis gratiæ in abyssum præceptis descenderet culpe: equidem aliud habebat ex natura, aliud ex gratia: de conditione nature posse mori, ex gratiæ dono posse non mori. Mortalis utique erat de conditione corporis animalis, sed immortalis beneficio Conditoris. Vide Magist. SS. 2. *dist.* 19. & quæ diximus *Tom. 1. Tautolog.* 5. à num. 15. Adamus mortalis nature conditione producitur: unde igitur uti mortalis cognoscitur? Quia illum Conditor insitit concedere: *Ex omni ligno paradisi comede.* Esca clarè defectibilis vita? Sanè. Vivere sine victu exprimit immortalitatem, quippe victus ar-

Hhhh 2

ccc

cet mortem: vita defectibilis nascitur, ubi ne deficiat, alimentum substituitur: mortalisque praesignatur Adamus, quando in subfidium desinat victus; quoniam sine victu mortalitatem haberet, verum illam non exprimeret. Vita immortalis, quae sine alimento alitur; quandoquidem defectus ex defecta alimentis non cognoscitur. Si Adamus sine escis vitam transigeret, ieiunio proculdubio vitam aleret, quo vitae superioris nobile signum, quia ieiunium esurientis alimentum etenim vita & longa sine eduljijs, in mortalitate immortalitas felix. Verum hoc *Didasc. 4.* Ergo in rem. Mortalitate elacet insigne, posse mori. Immortalis erat Adamus privilegio gratiae, mortalis conditione naturae. Per ieiunium celatur, quod fragilitate conditionis haberet: unde cum cognitio fragilitatis necessaria esset, ne homo felix à felicitate rueret; iubet Adamum comedere, ut indicaret Dominus, posse mori. Comites sunt mors & esca: per escam in mundum intravit mors. Nullum utique discrimen inter ieiunium & halitum vitalem: quare si ieiunium immortalitatis cibus, & esca vitae defectus; erit ieiunium felicissimè vivere, critique mors alimentis indigere.

5. Modò sciens, cur dicit Sareptha vidua, ut comedamus, & moriamur. Si vita servatur esca (quia datur esca, ne deficiat vita) vidua comestura, ne moriatur; non quia comedit, morietur. Quia comest, addicitur morti. Ieiunium cibus immortalitatis vitae: decernitque mori, dum intendit manducare; quia victu captum frangente ieiunium, vitae immortalis deficiebat alimentum. In mundo arbitrantur comestione vitam, qui qui moriuntur, ni abundè usque ad satietatem comedant. Quorum Deus venter est, & quibus in esca mors. Qui vivunt ut comedant, nequaquam edunt, ut vivant. *Et vitæ vitæ defectus.*

Iuvenal. Qui comedunt, ut quid comedant non habeant. Unde de liguronibus idem *Satyr. 12. v. 50.* succinit:

Idem. Non propter vitam faciant patrimonia quidam,

Idem. Sed vitia caeci propter patrimonia vivunt. Qui etiam venire desiderant, modò saturi veniant. Vernacule: *Non vivit no comen, pe por comer se muere.* Comedamus & bibamus (dicunt) eras enim morietur. Tanta audacia ac indulgentia ganeonum in gulam, & videntium mortem proximam? Mors illis ludus, quippe dicunt: *Non est Deus.* Haudquaquam ita procumbent in ingluviem, modò prospicerent animæ immortalitatem. Tandem vivunt, quandiu comedunt; & com-

edunt, ut moriantur. Halitum comedentes habent vitalem, quem meritò vocant mortem; quoniam minimè hominis vita, quae ita gravatur deliciarum corruptela, non sensu amisso, ac cerebro laeso, habeat vitam ad escam, nequaquam escam ad vitam. *Per escam laqueus non cavetur* (inquit Ambrosius, quo *supr. cap. 8.*) *in esca hamus latet, & cibus inducit in retia: cibus visio etiam aves illigat, cibus volantes deponit ad mortem.* *Animalia crimen nesciunt, & in hoc solo tanquam pro crimine puniuntur.* Totum homini, dum studet illecebrae. Rete, laqueus, hamus, viscus, quae lenocinio suffocatur halitus: meritòque in unum coeunt, *Comedamus & moriamur;* quippe in vitam escam dum cupidiosus sollicitè quaerit, mortem liguritor invenit.

6. Urget in expositionem nobilis antilogia. Formavit Deus hominem, in paradiso collocavit, & comedere praecipit, vel permisit. *Ex omni ligno paradisi comede: de ligno autem scientia boni & mali ne comedas: in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris.* O pectus fumme tendens in hominum gratiam! Si prohibet, prohibet mortem nostram. Nunquid poma Deus non omnia nota sacra vitæ? Quae lege tenor mandati, comedere & non comedere? Si non velicit, moritur: non quit vivere, si vescitur. Quomodò ergo cibus in halitum & interitum? Per ieiunium, vel non ieiunium. Libere Dominus Adamo concessit, quod ex omni ligno manducaret, excepta arbore pomorum boni & mali, quam inhibuerat sub lege. Ut vivat, comedere: morietur proculdubio, si comederit. Esca in vitam? Esca in mortem? Utique. Intendit Deus in appetitus amicum & moderamen. Comedere ex ligao interdicto ostendebat excessum, ex alijs pomis erat Adamo permittum. Sine ulla esca eius vita deficeret: sine verita, profecto ieiunaret: cibumque prohibet, & simul cibum concedit, morte & vita latentibus varia in esca; quoniam si vitam alebat comedere ieiunando, intulit mortem manducare excedendo. Quae gravis videbatur lex, erat utilitas: abstinentia obex pravaldus in illecebras: intendat Deus cibus servare naturae vires: Adamus contra indicta corrumpere mores. Illa felicitas in ieiunio: dicat ieiunium transgressio: Adamusque infeliciter corruit in mortem; quippequam ausus comedere contra legem.

7. Accessit diabolus, ut vafros nascisceretur incurtus: igitur consilium demoneum, in die ieiunij non abstinere à prohibitis cibis: quo in abusa tanta corruptela morum, qua-

Cibus mortis hamus.

Ambros.

Genes. 2. 16. 17.

Præceptum delictis utilis nobis.

Vita in ieiunij observantia.

quasi non esset præceptum: igitur ingluviens verita edit, quamvis Deus ieiunium iusserit. *Cap. 3. 5.* *In quocumque die comederitis, eritis sicut Dij, dixit serpens.* Sicut Dij? O veterator, ac simplicium circumventor! *Non potest esse immortale quicquid cibo indiget,* dicit Aristoteles 3. *Metaphys. text. 15.* Immortalitatis specimina potius astruit ieiunium, quam esca: & in promissis diabolus Adam fecellit; quippequam dolose impulit, ne ieiunaret. Prohibet escam Dominus, quam incantè degulatur Adamus. Ille gratia incumbit in immortalitatem: in sui Adamus procumbit perditionem: ille lege consilii protoparentis saluti, dum hic cupit, uti Deus, videri exemptus à lege. Unde cum conficit Conditoris amor, etiam dum legis fulminatur rigor; cibum amantis prohibuit, ne Adamus manducaret, quod noceret. Immortalis factus per gratia donum, quod astruebat à fructu pravo ieiunium: equidem cum mortalitas ibi insidianter inesseret; liberaretur à morte, modò Adamus ieiunasset. Licita cuncta poma: arboris scientiae illicita. Lege intenditur erga Legislatorem reverentia: & ibi observantis obsequium & commodum, per indictam à Conditor ieiunium; quoniam pergratum divino cordi, ab illicitis propter illud abstinere. Idem conatur Ecclesia, fidelibus indicens casta ieiunia. Intendit arcere ab hominibus mortem per ieiunium, quam diabolus inducit per inordinatum appetitum. Prohibet Ecclesia dapes, quaerendo moderationes. Non inhibet cibum, sed imponit modum. Iubet comedere & non comedere, quin fit implicatorium, vel impossibile. Iubet comedere, ut halitus vitalis conservetur: abstinere à cibo iubet, ne gastrimargus moriatur. Manducare & non manducare? Singulare præceptum: sed facile observatum pro ieiunium. Per excessum homo interit, moderamine ciborum vitam alit: ieiuniumque observandum exponit Ecclesia per Quadragesimam, ne morte lethalis victus fidelis amittat vitam.

8. Facile observatum præceptum dixi, quia Ecclesia non mortem intendit, sed tantum mortificare: equidem si cibum prohibet, tantummodò nostra interest. Plurium pomorum specie, speciosa suavitaris varietate infertavit Dominus ambitum divitibus horti. *Lignum etiam vita in medio paradisi, lignumque scientia boni & mali.* Utrumque in medio? Difficile captu; sed innuitur, ne simus parvuli fluctuantes in urgentia tentationis: igitur signat hominem impotentem mentis, extendere manum in lethalem pla-

Cap. 2. 9.

Quanta molimina diaboli, in fractionem ieiunij!

gam, quam potest fugere ad vitam. Quod in paradiso difficile captu, perspicue in Eucharistia cognoscimus sacramento. Hic fructus uterque: lignum mali, & lignum vitae, quia mors malis, vita bonis, impuritate vel puritate peccatoris: unde non tam amentiae, etiam amentia, quam audacia; extendere propter cibum manum ad mortem; cum possit extendi in vitam felicitatem. Fatuum omnino facere toxica, quae insignia medicamenta. *Sicut corporalis cibus, cum stomachum invenerit adversus humoribus occupatum* (ait Chrysothomus *serm. de Productione Iudae.*) *& amplius ladit, & amplius nocet, & nullum praestat auxilium vita & iste spiritalis cibus, si aliquem reperit malignitate pollutum, magis eum perdit, non suam naturam, sed accipientis vitio.* Ad modum recipientis recipitur manna caeleste in Augusto Sacramento, deliciarum horto, ubi fatalia poma maligno: igitur uti rosa salubre, optabile Sacramento

Turpibus exitium.

9. In medio paradisi etiam lignum boni & mali. Paradisus ad victum ex omni ligno: ad toxicum verò ex unica malo. Unicam fuisse interdictam sub lege arbitratur Peregrinus hic lib. 3. *de Paradiso.* q. 1. n. 82. Qualis itaque fructus huiusce ligni, disquiratur à PP. *Arborem horroris & odij vocat Abulensis in 13. Genes. quæst. 164. Moysen publicitadinem & speciosum aspectum non fructus, sed arbori tribuisse, autumat Maluenda de Paradiso. cap. 67. Hinc Marius Victor. lib. 1. v. 320. accinit:*

Vescere dixit, Arboribus cunctis, hanc tamen horrere mento,

Quæ diversarum gestans examina rerum, Tunc vos fuisse bonum, morsu cum lesa profana,

Nosse malum faciet mortis, quod pœna sequatur.

Alcimus Avirus lib. 2. v. 260. recantat. *Faucibus & patulis inimicas porrigit escas: Vix uno pomum libabat succida morsu*

Ingluvis, summumque dabat vix esca saporem.

Denique Dracontius de Oper. *sex dier. v. 262. & Hilar. in sua Genes. v. 158. Ingerit ore cibos, crudeli funere plenos.*

Non timuit, captusque dolis se praeavit angui. O quanta Conditoris pietas! Quanta profectò humana fragilitas! Inter tot arbores usui quas praebet, unam solummodò prohibet; ut ieiunij tempore non sit facilis transgressio, nec usquequaque obvies transgressiois occasio: igitur non acclive etiam

Eucharistia mors est malis, vita bonis.

Chrysol.

Camet.

Ibid.

Arbor probi bita ingrati saporis.

Abulens.

Maluenda.

Mar. Victor.

Alcim. Avit.

Dracont.

gu-

gulosi ieiunium in abundantia præstantissima ciborum. Propositum est, quod ieiunemus à vitijs, dum moderamine rationis utimur efcis. Appetitus inordinate grassatur, & lex ieiunij uti alexipharmacum ulceri futuro apponitur: siquidem dum lex nobis indicit ieiunium, non remouet nutritionem, sed venenum. Dapes sapore plenas indulget, à noxijs palatum arceat: imò remouet ingratum, quippe insulsum & mortiferum: quis igitur non desiderat legem in propriam amicam utilitatem? Quis igitur appetitu pravo veneno in peccus serpente, nollet ex nausea conceptum non habuisse? Cognoscunt utique, qui duntaxat recti corde: etenim si nobis Dominus aliquid prohibet, inhibet quod nos interficiat. Solicitat Deus nostra in suis legibus, ut inueniamus meritum in proprijs utilitatibus. Quod nobis fructuosum commodum, notificat ut præceptum: igitur conditio nostra vel erga nos ita prava, ut etiam invitè attrahatur in commoda. Utilitas uti lex, agrè fertur: & utilitas in ieiunio à Conditore præcipitur; ut homo vallatus divinà lege, meritum nanciscatur vel in propria utilitate.

Cur ex tot lignis unum tantum prohibuit?

Deus prohibet, quod nos interficiat.

Psal. 34. 13

Psal. 16. 4

S. Francisc.

Psal. 118. 96

Psal. 93. 10

sùm displicet: fingitque Deus laborem, exponens ieiunij legem; quippe nullus in commo terror, etij obijciatur ut labor. Per arctam viam obtinenda beatitudo, quod quidem iter hominis mortificationis: Deumque fingit laborem in præcepto; ut apprehendamus cupitam utilitatem, dum iudicamus corporis arctam mortificationem. Deus non intendit homines de medio tollere, sed appetitum effrenem ieiunij mortificare: hæcque mortificatio dicitur fictio; quoniam labor ieiuniorum ita levis, ut videatur finxisse iare mortificationis. Perficiunt promam in ieiunij gratiam. Præceptum in ieiunio ostenditur, & cum fictione labor eius exponitur: ut homines tendant auide in abstinentiam, propter fictum laborem & veram gloriam: siquidem tantæ utilitatis præstat inditum ieiunium; ut voluptas videretur à cunctis, ni esset præceptum. Undique profusum utile, quicquid uti labor est in iudicio phantasia. Homo seculi non debet apprehensionem, sed mentem. Ieiunium ergo rationi delectamentum: cogitationi est cruciamen, verum fictum: quandoquidem ex lege abstinentiæ utilitatem sine iudicio cogitamus ut laborem.

Quare præceptum ieiunij leue est grave?

10. Hymno Ambrosiano.

Carnis terat superbiam Potus, cibique paritas.

Ambros.

Superbit caro ex immoderatis efcis: insurgit in dominium rationis, à natura superioris: aliturque ieiunio in dapium modo; ut superiori succumbat, & indulta ne insolenscat. Appetitus qui familiares, habendi sanè causa necessitatis, non gratia necessitudinis: equidem rationis captivitas, appetitum libertas, quæ nonnunquam invenitur in fragiitate hominis, quin sit effrenis. Nec totam seruitutem pati possunt, nec totam libertatem: uti aliò dicit Tacitus 1. *Hisfor.* cap. 16. Si nullus esset cibus & potus, non seruirent: si largus, planè insolenscerent: potus cibique paritas proponitur in ieiunio; ut rationalis prudens sit mortificatio: etenim Ecclesia ieiunia præcepto fulminat, non ut conterat carnem, sed ut terat. *Rationabile obsequium vestrum* decernit Romanis Paulus. Aptè igitur corpora exhibentur vivens hostia, modò obsequia in ieiunij sacrificio rationalia: vivensque rationalis victima signatur, quando ieiunium indicitur; quoniam non imponuntur ieiunia, ut corpora mortificata moriantur, sed tantum ut viva mortificentur. Sine cibo corpus rebelle, esset obsequium, ceterum non rationale. Non intenditur contritiõnis mo-

Appetitus fit usus, non abusus.

Tacitus

Quare institutum ieiunium?

Rom. 12. 1

lestia, sed tritura; qua à folliculis pretiosa excutuntur granahoc rationale & rationale obsequium, ubi observatur frugalitate ieiunium: igitur arte medicatrice, summa pietate, per indicta ieiunia, tantum intenditur amputari superflua. Vividè dialecte nostrà: *Tira la Iglesia à trillar, y no à moler.* Noxia removenda, ne noceat, quod delectat, & simul gravat, & gravando titillat. Unde Ecclesiæ abstinentia à cibus, ut liberemur à noxijs.

Ubi sup.

Genebrard.

Ieiunio teritur insolentia carnis.

Leo Pap.

Quomodo afflicto ieiunantis corporis?

Quare institutum ieiunium?

Rom. 12. 1

etia angustia, salus vera. Fictus labor, quo fugit dolor: igitur si superfluum omninò corpori nocuum; per ieiunium secatur quicquid superfluum.

13. Fictum ab Homero à Diomedæ fauciam Venerem illicò à se proiecitse Cupidinem.

Ille verò valdè clamans abs se deiecit filium. Homer. Modulatùr sicine *Iliad.* 5. v. 348. & à *Tibullo lib. 3. Eleg. 4. v. 48.* mutuabor.

Non est in vanum fabula ficta locum. Tibull.

Cupido sequitur vel amplectitur matrem naturam, in prælia pronam, tot militibus, quot inordinatis passioibus. Cupido vehementer vellicatam impellit, ut hinc inde tela vibret, vitia fovens & virtutes persequens. In moderamen redigi intenditur, verum à cupidine renuit: peribit, ni percutiatur. Ieiunio commendatur incurfus, ita ut laboreret stomachus, sagittæ sensum urente, qua virtus sine virtute: equidem utur sentit è ieiunio per vulnus caro afflictionem; statim conditio humana amandat à se cupidinem.

Homer.

Tibull.

Ieiunium ex pellit noxiã cupiditatem

Ier. 30. 17

A vulneribus tuis sanabo te, dicit Dominus populo per Ieremiam. Aliqui adimunt præpositionem, *A:* unde sensus: *Vulneribus tuis sanabo te.* Non uno vulnere sanctus, sed vulneribus: vulneribusque sanatur, quod vulneribus ægrota? Sanè. Hæc ars tantum ab ingenio ieiunij: si vulneratur conditio humana cibi superflui sagittæ; ieiunium addit vulnus super vulnus, ut faucium valeat corpus: igitur vulneraretur lethaler, ni faucium vulneraretur. Tot iacet ictibus, quot cupiditibus. Ut habeant ab his accepta libenter vulnera, vulnera sunt medicamina: equidem cum prima, etij mortifera, placeant; secunda, estò remedia, displiceant; ieiunia dirigunt aciem, ut inferant usque in præcordia dolorem. Sapor epularum aviditatem attrahit, cupido inducit & traducit, occasio impellit. Ieiunium intendit arcum in vulnus factum à corruptela; & ipso in vulnere demonstratur medicina: igitur simulac sentit vulnere in vulneribus dolores, projicit & quatoocyus cupiditates. Nemo amplectitur, quod nocuum arbitrat. Cur igitur molestum erit ieiunium? Languet deploratus, cui ingratum medicamentum. Intenditur salus, dum abstinentiæ insiguit vulnus: etenim ut sanemur, fulminantur eius leges, per immoderantiam à vulneribus insictis.

Ieiunium ex pellit noxiã cupiditatem

Et est vulnus vulneris in salutem.

Maluend.

14. Pende Maluendz singularem lectionem. *Sanabo te, quia sanabo sanitatem tuam.* Si plebs sana, quorsum medicina? Carni valenti vulnera pharmaca. Quanam ergo sanitas, si non infirmitas? Erat infirmi-

mitas que videbatur fanitas. Erat ægritudo que valendo. Viribus corporis propter in-
gluuiem deficiebat à viribus. Renovabat per
incommodè famem, gustus quarebat per
cuncta elementa saporem. Verum quid? In-
dicat Iuvenalis Satyr. 1. v. 144.

Hinc subita mortes, atque intestata senectus;
It nova, nec tristis per cunctas fabula cœnas,
Ducitur iratis plaudendum funus anatis.
Hoc opus videtur salutis, & patet infir-
mitatis. Unde Ovvenus lib. 2. Epigr. 42.
vivide ac floride succinuit:

Ovven.

Quò tibi potarum plus est in ventre salutum,
Hoc minus, epotis bisse, salutis habes.
Una salus sanis, nullam potare salutem:
Non est in pota vera salute salus.

Cibus super-
fluus non sa-
lus, sed vici-
nari.

Quod videbatur falus, erat vulnus: quo va-
lebat, erat morbus: non cognoscebat lan-
guorem, quem arbitrabatur corruptela fan-
tatem: Dominusque sanitatem validorum
fanavit, cum victorum ac ciborum ieiunium
uti medicus indixit; quoniam per efficaciter
mulerat vulnera inedia, cognoverunt vul-
nerata quanta vulnera à salute. Non potest
dicì nisi optabile vulnus, quo acquiritur
vera salus. Non mors est, sed mortificatio
fit, qua conteritur culpa, & teritur caro
blanda: quandoquidem anima vitula docta
diligens carnis triticam, fructum abundè
merit vitam æternam. Ieiunium & carnis &
animæ robur: igitur ut modulatur Pruden-
tius, quo supra, v. 1097.

Prudent.

Scabra culparum seget
Vanescit almo trita, sub ieiunio.

DIDASCALIA III.

Quanta corruptela Monacho-
rum ex esu carniū.

Iudicium ergo incipimus à domo
Dei, ut ministri reducantur in rati-
onis arque statuti iudicium. Prædicam
cum Chrysothomo Tom. 5. Homil. 73. Hæc
non ut vestram contristem charitatem; sed
ut excitem & persuadeam, ne temere corpus
intendat ieiunio, nec inutiliter & in cassum
sanctæ diēs Quadragesima transcurrant.
Olim victus panis & aqua, & in angustia;
sicque mensa plena, ut canit Pruden-
tius in Cathemer. v. 1123.

Chrysoth.

Prudent.

— Fruimurque mensis
Assatim plenis, quibus imbuatur
Prona voluptas.

Proh dolor! Quò perventurus corruptela
splendor? Iam relaxatio laxatio, cuius fo-

mes non tam fragilis conditio, quam pro-
lubium voluptatis, deaurate subdole vici-
mine valetudinis.

Nil erit ulterius, quod nostris moribus addat
Posteritas: eandem cupient, facientque
minores.

Omne in præcipiti vitium.
Dicit vel Ethnicus Satyr. 1. 147. Quid di-
cet à Monache, Benedictus? Omni tem-
pore vita Monachi Quadragesima debet ob-
servationem habere. Optimum propositum,
& suppositum, quippe institutum.

— Ieiuniam Monachi sic ducere vitam,
Et Quadragesimæ semper ubique parem.

Ait Gabriel Bugnotius in cap. 49. Regul.
Sanctæ. Si ita vita Monachi, Monachus po-
tetur vita? Si vita ad amicum regulæ, eva-
nesceat vel constabit collatione. Institutis di-
scipulatus conditionibus, præcepit asseclis
Christus: Quocumque introieritis in domum
ibi manete, donec exeatis inde. Dixi alia
alibi. Monachi ingrediuntur in Religionem,
ut custodiantur, atque custodiant perfectio-
nis legem. Perperam vivunt, unde manen-
tes exeunt: optime verò dum opera respon-
dent vocationi, ob quam in domum ingre-
ssi: iubeturque, quod in proposito ma-
neant, quousque in domo è vita exeant; quon-
iam omni vitæ debent servare propositum,
quo ingressi sunt Monasterium. Si non
iuxta institutum, quale ingressions propo-
situm? Egreditur inde, antequam exeat,
& tunc egrediendo labat: iuxta ingressio-
nem proponitur norma: que quidem ser-
vanda, quoad egrediatur è vita; quia omni
tempore vita Monachi Quadragesimæ debet
observationem habere.

2 Inter plura Callimachi mira artefacta
exponitur à Priscis Minervæ lucerna. Calli-
machus cæcizotechnus ercam quandam lucer-
nam fecit, qua per annum arderet, neque
tamen in ea oleum consumebatur, quam de-
posuit Athenis in arce Minervæ: ita Nata-
lis Comes lib. 7. Mytholog. cap. 16. Alex-
and. ab Alexand. Genial. dier. lib. 5. cap. 12.
Plutarch. in Numa, etiam Problem. 75. &
Paulianus in Attic. cap. 25. qui materiam
nobilitat, & causam delicat. Lucernam ex
auro (inquit) Deæ Callimachus fecit: in quam
oleum infusum non consumitur, nisi exactio
demum anno: cum tamen lucerna dies noctes-
que ardeat. Id adeo evenit, quòd lucerne in-
est è lino Carpasso funiculus: quod sanè li-
num unum ex omnibus igni non conficitur.
Eminet supra lucernam palma. Videlicet que
diximus de huiusmodi operibus Tom. 3.
Tautolog. 4. à n. 22. & Licetum de Lucernis
Antiquor. fusè. Ignis fervor debet æternari
in

Corruptela
velami-
leatunini.

Iuvenal.

S. Benedict.

Bugnot.

Marc. 6. 10.

Semper à
Monacho ser-
vatur pro-
positum, quo
ingressus in
Monasteriū.

Psalm. 118.
109.

Luc. 12. 35.

Lucerna mi-
rifica.

Nat. Com.

Paulan.

Benedictus
fectionis ar-
tifex.

Virg.

Regula lu-
cerna.
Plin.

Prov. 4. 18.

Psalm. 118.
109.

Luc. 12. 35.

Quid vita
Monachi ex
huiusmodi
lucet?

in Monacho, tanquam in lino Carpasso.
Infunditur oleum, ne lampades uti in fa-
tus virginibus extinguantur. Fragilitas suf-
focac fomitem, maxime excutientibus
ignem. Lucerna refrenda, quia vita Mo-
nachi Quadragesimæ observantia: quotan-
nisque Benedicti lucernam Religio ostendit;
ut per annum ignis perfectionis duret: et-
nim in illuminationem desiderium studio ser-
vat, ne unquam observantia Monachi fra-
gilitate deficiat. Ex are & auro præfigitur
materia. Aprius instituti nostri forma: quan-
doquidem cordis ignavi duritiam transfor-
mat ignis lucernæ in auri preciositatem. Ita
fulget Monachi vita: lucernæque adhæret
palma; triumphus operi, laurea virtuti;
igitur Monacho proficenti victoria, ni in
nocte vitæ extingatur lucerna. En lucerna
Protoparentis.

Et dubitamus adhuc virtutem extendere
factis?

Hæc est via, quæ dilectus Domini Benedi-
ctus cœlos ascendit. Sequamur Duce. Lu-
cerna est ante oculos. Iuxta Hesperionem
montem (signa Cælium) stellarum modo
campi noctu nitent, ait Plinius lib. 2. cap.
106. Semita iusti quasi lux splendens. Cla-
ret Legislatoris splendor, & Regulæ nitore;
igitur sine vestigio lucis non est nec vesti-
gium pedis.

3 Lucerna hæcine mirabilis obijcitur
oculis. David lucernam exposcit pedibus:
Lucerna pedibus meis verbum tuum. Chri-
stus autem assignat manibus: Lucerna ar-
dentes in manibus vestris. Oculis est lux
creata: & iuxta legem pedibus est apposita;
quippequam nihil refert, quòd videat ocu-
lus, si vel illuminati cæspitant gressus. Am-
nata oculos lucerna, verum iuxta splendo-
rem collocanda vestigia: equidem offende-
re coram nitore lucis; est palpate in meri-
die, tanquam in tenebris. Manibus distri-
buuntur lucernæ, sed cum ardore: igitur si
per manus signantur opera, per lucem in
institutam perfectionem regulæ; micantes
lucernæ non micant, ni ardeant: quippe non
prodest in splendore, quicquid definit
duntaxat in vanitate. Ubi lucerna regulæ
decor fulgidus, ibi Monachorum manus,
quæ astruere debent per legem executio-
nem, in lucernis esse lumen: etenim splen-
dor non splendor, modò defecit opera-
tionum labor. Manus illustrat, quod lustrat:
vel quod ex are deaurat. Lucerna grata lu-
minibus: pretiosa in manibus: manibusque
pondus traditur lucis, ut fulgeat quod pla-
cet oculis: siquidem propodium, mirari
splendendam Benedicti lucernam; & in ma-

nu oscitanter habere mortuam. Propodium
& fastidium: igitur si lucerna accensa fulget;
quæ mortua torret. Quid igitur Monachis
lucernæ plausus? Ventus & ventus. Qua-
propter nihil retinentes, bonorum vacui,
spei autem pleni, futura presentibus dimis-
si spectant. Præsentia tanquam aliena abij-
ciunt, futura & incerta somniant: ait Plu-
tarch. Operose nihil agunt: agentes sunt &
otiosi. O Monache!

Plutarch.

Ovid.

Nec quot transferis, sed quot tibi quare si-
persunt.

4 Militia est vita hominis super terram;
tempus pugnae per Quadragesimam sacrum
in qua (ut ait August. ferm. 197. de Temp.)
contra diabolum Christianorum populus
pugnare non desinit. Hinc vita Quadrage-
simæ vita Monachi, quia semper pugna. Sed
heu! Multo facilius reperit, seculares con-
verti ad bonum, quam unumquemque de
Religiosis transire ad melius. Rara avis in
terra. Hæc Bernardus Epist. 96. Atma enim
in medio pugnae dolose ministrat hosti;
unde cadunt vulnerati. Quid verò prodest
(inquit ille ferm. 30. in Cantic. n. 12. & 13.)
investigandis diversitatibus complexionum,
ciborumque varietatibus exquirendis, quo-
tidianam expendere curam? Legumina ven-
tosa sunt, caseus stomachum gravat, lac ca-
piti nocet, potum aqua non iustificat peccatis,
caules nutriunt melancoliam, choleram por-
ri accendant, pisces de stagno, aut de luto
aqua mea penitus complexionem non con-
gruunt. Quale est hoc, ut in totis fluvijis,
agris, hortis, cellariisve reperiri vix possit
quod comedas? Puta te queso Monachum
esse, non medicum; nec de complexionem iudi-
candum, sed de professione. Parce, obsecro,
primum quidem quieti tuæ: parce deinde la-
bori ministrantium, parce gravamini do-
mus, parce conscientia. Conscientia dico, non
tuæ, sed alterius: illius, videlicet, qui pro-
pè sedens, & edens quod sibi apponitur, de
tuo singulari ieiunio murmurat. Tu tibi
ipsi dispensas, miserus tu. Suspecta est
mihi, fateor, tua ipsius in te dispensatio;
& versor, tibi illud sub tegmine & nomine
discretionis à carnis prudentia. Hæcne Mo-
nachorum pugna? Hem! His temporibus
plausibilis huiusmodi corruptela. Sunt præ-
cipitia maiora. A carnis prudentia in ma-
ximo ieiunio carnis optio, imò fruitio.
Quis doctus habetur, si piscibus pacitur?
Pisces rusticis, haudquam literatis. Qua
lege scholæ ministrant, & carnisprivium?
Absit. Literarum abolitio sub ieiunio quasi
sub Iuliano. Cibis querendus aptus studen-
tium complexionem, minimè iugo instituti;

Plutarch.

Ovid.

August.

Bernard.

Signa rela-
tionis.

Idem.

Carnis vitæ
abusus.

quippe dedecus esset scientiarum, si eadem complexio doctorum, & non doctorum. Errat profectò natura, in æquales conditione lege lata; igitur etsi magistri, non magni; ni delicatioris complexionis quam discipuli. Ridentur; qui aliter agunt: & sub velamine discretionis in præcepta, ieiuniorum nec memoria. Ipsi dicant. Si ieiunium à carnibus abstinere, quando incipient ieiunare? Dum fiant stulti? O stulti & stultissimi lurcones & gastrimargi! accusatis complexionem invalidam, sed in cœnam. In hac post carnem pisciculi nobilis esca; & non esca, sed venenum, quandiu sola? Non studium in complexionem, sed in ingluviem. Non est defectus stomachi, sed aviditas palati, qua appetitus pungitur, & de qua stomachus sæpe queritur. Non sunt symptomata cacochymia, sed pruriginis cupiditas: malaque signa, ubi in viris pica vel malacia. Cuius non murmur de hoccine singulari ieiunio? Felix complexio! Pro victu nocet pisciculi uncia, & mista carni utilis libella? Furtim optimi saporis, & palam cognita malignitatis? Interdum pro prandio inficit cuplex buccella, & noctu prodedit abunde caro suilla? Taxet Stoicus, *Vitia nostra, quia amamus defendimus; & malum* (inquit Epist. 116.) *excusare illa, quam excutere. Satis natura homini dedit roboris, si illo utamur, si vires nostras colligamus, ac totas pro nobis, certe non contra nos concitemus. Nolle in causa est: non posse pretenditur. O docti, o sophi, o periti!* Aliquis est morbus, per sapientiam mori. Non est studium valetudinis, sed corruptissimæ relaxationis, studium carnis: gula sanæ mala: verum pessima, si studia.

5 Denudemus ergo isthoc propositum, ut pateat inolitum vel in Monasterijs vitium. Ordo inter Gedeonis milites exprimit interperiem & moderamen. Milites Christi sumus. Ita notat Monachos Pater: *Sub uno Domino æqualem servitutis militiam habuimus, iusti quo supr. cap. 2. Altissimus prorsum stylus? Militiam habuimus: etenim pondus importabile, modo Monachus portetur à religione.*

— *Stipendia Christi*

Auspiciens exples, militiamque parem. Duc eos ad aquas (dicit Dominus Gedeoni) *& ibi probabo illos.* Quomodo? Innuit illic: *Qui lingua lambuerint aquas, separabis eos scorsum. Qui autem curvatis genibus biberint, in altera parte erunt.* Non apti ad prælium, quorum etiam in bibendo patet studium. Qui curvatis genibus bibunt, à Domino reprobantur: qui verò festinè, sine

In illum cavillatio.

Senec.

S. Benedic.

Bagnot.

Indic. 7. 4. 5

genflexione, leguntur. Quid quòd sic vel sic bibant, ut vincant Madian, vel cadant? Ex modo patet stemma relaxationis vel virtutis, quod suspici meditanter debet in Monachis; quoniam appetitus inordinatus, dum abest actionis modus. Primi potus accipiunt refrigerium propter sicim: postremi refrigerium propter voluptatem. Illi propter honestum, utile commodum: hi refrigerium propter refrigerium, expressa in genflexione aviditate: hique à prælio sunt repulsi; non quia potus refrigerium querebant, sed quia potare adorabant. Post calidum & sicum, frigidum appetit & etiam humidum. Hoc naturæ necessarium: & qui bibunt sine genuum curvatione, separantur ut selecti; quoniam gustabant potum, ut sitim sedarent, & non bibebant, ut biberent. Necessitas sublevanda: at est discrimen inter milites qui gustant potum, ut in prælium transeant, & qui transeunt ad aquas, tantum ut bibant (Nostrates: *Que beben para passar, que passar para beber*) Illi quærent in necessitate sublevationem, hi verò refrigerij voluptatem: & hi reijciuntur sciant Monachi, quomodo sese gerent milites Christi: igitur non Christi, qui quærent in necessitate sublevationis luxum, sed qui quærent in necessitate necessarium.

6 Altipulator Doctor Gentium. *Induimini Dominum Iesum-Christum* (alloquitur Romanos) *& carnis curam ne faceritis in desiderijs.* Cura carnis non agenda? *Nemo enim unquam carnem suam odio habuit; sed nutrit & fovet eam* dicit ille alibi. Quomodo caro fovenda, si nulla de carne cura? Dicit: non in desiderijs, quantumvis amplectamur curam carnis. Hoc ius: & optimum, non totum ius, sed fraudare de iure, pro carnis dulci mortificatione: igitur carnis lex sæpè lapsus est prolium, & non ius. Illud non est ius carnis, sed effrenata libidinis: & dum carnis moderata iuste permittitur cura, carnis amandantur desideria; quia desiderare debemus nutritione, ne deficiat, & nequaquam ministrare quo insolent: igitur semper studet delicijs timulo necessitatis. Fovenda caro, verum non carnis intuitu: siquidem cum ex iure nutritionis indulgentia in cupidias formet iura, cibis ministrandus, sed numquam in desiderijs, quia prætermisio iam anxia relaxationis. Arceat Doctor gentium fideles à superfluitate ciborum; quia non à cibis, sed ab excessu contagium. Si caro non nutretur, deficeret: si iuxta desideria nutretur, caderet: & habenda cura carnis, sed non carnis desiderijs; quia ius corpora nutrire, præter iubet condi-

Unde cognita Monachi perfectio, vel relaxatio?

Gulose nunquam satiantur.

Ps. 109. 14.

Rom. 13. 14

Ephes. 5. 29

Quomodo de fideria cibis gulose?

Malum fudore delicijs titulo necessitatis.

Ioann. 8. 44

Demonis prævenit cogitationem.

tionis necessitas, non præter delirat desideriorum voluptas. Non est cura carnis cura pellis, nec fludere abdomini crasso, nec indulgere genio: siquidem minime necituri delicijs, qui dimituntur in desideria cordis.

7 Observemus propositum vocis. Carnis cura, verum non in desiderijs. Excudit fatuam sollicitudinem, demonstrans ciborum superfluitatem: etenim si nutrire carnem intenditur; ex desiderijs carnis, qui ganiones, infatuantur. Si alimenta avidè quærent, desideria quosnam nutriunt? Non inquirunt nutritionem, sed tantum cupiditatem. Pateant arcana. Qui frugi sunt, comedunt, ut carnem portent: qui gulosi, lautitias desiderant, ut desiderent. Desiderium tollit satietas, attamen non tendentis in delicias: etenim in satietate carnis hæret etiam desiderium; quippequam nunquam satiantur. Alij nutriuntur cibo, hi lurcones desiderio: igitur nequaquam in nutritionem manducant, sed nutritionem flexis genibus adorant. *Concupierunt concupiscentiam:* dicit David de charadrij viventibus vitam. Concupiscit cibum, qui consulit necessitati: concupiscit concupiscentiam, qui iacet ingluvie; quippe ultra cibum, pro cibo non est nisi desiderium. Quod non habet, concupiscit: studiumque non tendit in alimentum, sed tantum in desideria ciborum; quippequam non cura carni, sed irritamina gula. Ni modus gulam conspescat, semper hiat. Si aliquando irrepit indulgentia, erumpit in desideria maiora: heque pro cibo designantur desideria; quoniam cibis non in carnis nutritionem, sed dumtaxat in ventris voracitatem. Indui Dominum Iesum-Christum Paulus iubet, & dæmonem exui præcipit. Illud in debita cura carnis: hoccine in cura sine carnis desiderijs. Illud in carnis nutritionem, non in carnis superfluum voluptatem: hoc abiecta superfluitate ciborum; sine qua desideratur ex abrupto desiderium: igitur desiderans optat tantum quod dæmon desiderat.

8 *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere:* ludæis obiecit Iesus. Ingrata prorsus electio, & facta vicio; quippe est vobis pater cœlestis, & vobis dæmon pater, tantum quia vultis. Pende: *Desideria patris vestri.* Desideria, non mandata; ut constet illorum quanta proclivitas in delicta: igitur ita venundati sub peccato, ita execrabili genio; ut in voluptatem dæmonis, ipsius dæmonis præveniant cogitationes. Vernacule: *Para excutatur estragor, adiviman al diablo los descor.* Non tentatio-

nes diaboli dicit, sed desideria; ut cleante quæ vitia ex gula, & facilitas lapsus laburantem ventrem in infaturoblem ingluviem: quandoquidem si ille tentat, ut homo ille cœbris cadat; helleo implectam habet desiderium dæmonis, priusquam ab illo suggestantur tentationes. Desiderat diabolus homines non homines, id est, sine rationis regimine, ut incautos lateant doli, quæ perducant in flammam per deceptrices delicias. Potitur voto, ubi regnat comestatio: ibi nil desideratur, quia delictum desiderium habetur: ibique expleto irritamine gulæ, desideria complet diaboli; quippe homo post escam nimiam, concupiscit duntaxat diaboli concupiscentiam. Tentatio est diaboli, ubi urget: desiderium ubi quiescit. Tentatio ubi invenitur: desiderium, ubi occasio tentationis quaritur: dicunturque expleta diaboli desideria; quoniam occasio in hostis obsequium ita petita, ut saturi abdicant futuram, intendentes in cupidinem.

9 Siparium toliamus. *Concupierunt concupiscentiam in deserto.* Idem videbimus in corrupto Quadragesimæ ieiunio. Quid ergo concupiscentia concupita; si non finis, sed medium obiecti concupiscentia? Dicemus late, vita comite, *Tom. 7. Tautolog. 5.* & hic *Tautolog. seq. num. 17.* Gencbrardus hic inquit: *Concupierunt carnes.* Carnes? In specum obscuriorem incidimus. Concupiscitur caro, sed caro non est cupido: qua ergo lege vocatur cupita & concupiscentia; ut cupiditates peterent, qui carnes inordinate concupiscerent? Quia inordinate, & in voracitatem, nequaquam in nutritionem: igitur ille appetitus voluptas, & non necessitas. In manna dederat Deus escam, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suavitatem. Nulla negetas illo cœlesti pane, carnisbus vesci: & pro carne dicitur desiderium; quia caro sine necessitate carnis, carnis prolium. Vigilantissime dialecto nostra: *Sin necessitad comer carne, no es prorecho, sino antojo.* Causa valetudinis caro concupiscitur esca; & pane illo cadit causa: igitur non infirmi, quia carnes non comederunt, sed quia carnes manducarunt. In manna nihil desiderabile appetitur, quoniam ad quod quisque volebat, convertebatur: & quod habent licitè, illicitè appetunt, ex possessione excitantes desiderium; quippe non querebant carnis usum & saporem, sed carnis tantum speciem. Singularitatis est vitium, quod fovet in ipso desiderio desiderium: igitur ventrem & non vanitatem saturarent, si ex quo alij nutriebantur, communi mensâ comederent.

Facile à dæmone captur.

Ubi supr.

Gencbrard.

Carnes sine necessitate carnis, carnis prolium.

Singularitas in cibi nocus Monachi.

Concupiscunt: & dum carnes edunt? Uti que, non pro nutritione stomachi infirmi, sed pro voragine stomachi, ciborum sitientis farcinam: dicunturque concupiscere carnibus concupiscunt; quia in concupiscentia carniū erat piscium desiderium. Vulgò nervose: Era aqvel apetivo de carne mero antojo, para comer de pescado.

Numer. 11. 4.

10 Exitus acta probant. Quis dabit nobis (dicunt) ad vescendum carnes? Non appetunt ægritudine stomachi, seu urgente infirmitate. Concupiscentia corruptelæ patet signum; igitur carnes expetunt, sed duntaxat ad vescendum. Iam in Superiorem emissā sagitta murmuris, quia ad libitum non ministrabat ad vescendam carnes. Modò nanciscantur cupiditatis libitum, panem respuent Angelorum. Intuitum consideremus in ludibrium appetitus. Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Nobis, non alijs. Si alijs carnis similiter distributio, nobis displicebit caro. Hoc colore (dicit Seneca Controv. 7.) hominem inter Scholasticos sanam, inter fanos Scholasticum. Non in appetitu necessitas, sed singularitas: caro noceret sanè vel debili valetudini, sine singularitatis auctoramine. Quamam inter vulgares auctoritas, si impranfa vanitas? Non fat ventu in vacuatae cranij, nisi etiam cibus auctorentur stomachi? Non mireris deliria: scientia instat, & etiam efca. Plauderis, euge, in schola coquinæ doctus, Cum tu deponis amictus Turgidus.

Iuvencal

Verf. 5.

11 Quis dabit nobis carnes? Recordamur piscium, quos comedebamus in Aegypto gratis. O colluvies populorum! Quamam tibi, estò placita, placebunt? Appetitus & concupiscentia carniū, ex recordatione piscium? Si piscium memoria, cur carniū concupiscentia? Si piscium recordatio, expofcant pisces: si carniū, appetant carnes: verum ex piscium recordatione, in carnes appetitum excitare? Uti que concupiscunt concupiscentiam fovent ingeniosam gulam. Petunt carnes in epulas, verum pisces in delicias. Exigere carnes, cadere quibat sub necessitate, quasi pro conservanda valetudine: sed non dicunt ex memoria piscium, esum carniū, nisi ad vescendum; quoniam non cupiunt carnem comedere ob ægritudinem, sed ut comedant carnem. Solum intenditur ingluvies, & obijcitur arte valetudinis species; ut titubet Superioris observantia congregationis zelus, & ministrerur liguritoribus cibus: verum datur ad vescendum, quod cupedinis propositum: etenim cum possint uti tantum suavitatē

Cur efca carnis dicatur ingluvies

carnis, ob defectum valetudinis; necessitate ficta carnes efflagitant, non ut comedant carnes, sed ut comedant. Hispanice: No es por falta de salud, fingen la necesidad, meramente por comer.

Exod. 16. 3.

12 Semper mihi negotium facessit huiusmodi testimonium, ut excitetur concupiscentia carniū specie piscium. Sensus literalis (quantum auguror, at aptiora ab alijs expecto) est: Quis dabit nobis ad victum carnes? etenim in Aegypto, quanyvis exules, sed habuimus super ollas carniū: in super habebamus pisces, & hoc gratis. Modò in institutum. Ad esum carniū, recordamur piscium. En concupiscentiæ aviditas; en ventriculi voracitas. Qui eget carne pro valetudine, tantum recordatur carnis. Qui non eget, petit carnem, sed memor piscis, habens carniū concupiscentiam, piscibus excitantibus memoriam; quoniam non appetit carnem, ut salutem carnis nutritione defendat, sed ut plus comedat. Non ordinat cibum in fractam valetudinem, sed in satiæatem: igitur ex carne non recordatur piscium, ni expectaret ad vescendum. Causa suppetit. In Quadragesima (cuius typus mansiones Israel per annos quadraginta) qui vescitur piscibus, inhibetur à carnibus. Qui utitur carne, piscibus (quomodò, viderit) potest uti: si que modò memoria piscium ex concupiscentia carniū; quia non gustant in optabilem salutem, sed regullant in ampliore satiæatem. In desideria tendunt, dum carnes comedunt, ut plus addatur concupiscentiæ lubricitatis; siquidem carnes in istrantur iurè, pisces gratis. Hinc elucet cur caro concupita dicatur concupiscentia. Qui utitur piscibus, piscium tantum quit habere concupiscentiam. Qui utitur carnibus, piscium quoque habet memoriam: at cum appetitus pruriat, ut ultra quam satis comedat; quia potest edere carnes, cupit comedere pisces.

Ut plus edatur, caro concupiscitur.

13 Nostrates Monachos alloquor, verum Benedicte verbis. Ergo bis diebus (infit praef. cap. 49.) augeamus nobis aliquid ad solitum pensum servitutis nostrae: ciborum & potus abstinentiam. Subtrahat corpori suo de cibo de potu (hinc proprie, Augeamus nobis; quoniam quicquid carni subtrahatur, animæ augmentum) de somno, de loquacitate. Longè ab amulsis observantia plus bibere & plus comedere. Qui vescitur piscibus, abstinere debet. Qui pascitur carne, extra regulam exhibet Non virtus, perfectio, aut regula est, delicatius cibari, ut edatur plus. His saltem diebus carnem edat, qui carnem edit: piscibus vescatur, qui

S. Benedicte.

Non est effur languor, sed fatientis languentis.

Cur Monachi instat ei Flori & statuarij

Marial. Mai. 58. 3.

Alapid. Quod carni videtur medicina est carni concupiscentia.

Theopomp

Corruptelæ excusatio.

pisces comedat: ceterum carnes & pisces, nequaquam, etsi languor, est languoris, sed concupiscentia facietaris languentis. Necessarium saltem his temporibus imitari pictores & statuarios. Hi in efformationem imaginis materiam detrahunt, illi coloribus pulchritudinem addeunt. Pulchra erit imago Monachi ex artium contrarietate. Perpolitur adinstar statuar, ubi aliquid de cibo & potu subtrahitur. Pictoris videtur studium, si augemus aliquid ad solitum pensum. Ut ita aarij secando imperfectiones susperfluitatur: ut pictores apponendo plurium colores virtutum. Nunquam percipere potui, ordine parum piscis ingerere infirmitatem, & prodesse bilibrem extra ordinem.

10 stuiti! febre creditis esse? Gula est. In die ieiunij invenitur voluntas vestra, dicit Dominus per Isaiam. Quid quod invenitur in ieiunio voluntas? Acceptius sacrificium, quia voluntarium. Quid voluntas? Sensuum aviditas. Voluntas carnis & concupiscentia, ait Alapid. Est carnis voluntas, non necessitas. Non carni medicina, sed carnis concupiscentia; qua renuitur carnis afflictio, & fovetur in corruptelam morum relaxatio: igitur perfricta fronte audent carnes concupiscere, cum deberent ieiunare. Carnibus vesti rationis vim tollere: inquit Theopompus in SS. Philipp. Physicè non approbat, moraliter intelligitur: etenim in die ieiunij carnibus vesci, nequaquam est rationale.

14 Adversa valetudo, stomachi indignatio, debilis delicata complexio nonne iurè institui dispensatio? Est lasciviosa & à carnis prudentia. Ita taxat Bernardus ubi supra, num. 4. Regnum Dei non est efca & potus. Sanè, sed acquiritur horum abstinentiæ, dum præcipiuntur ieiunia. Regnum Dei non est efca & potus. Profectò, sed pates vicio, dum per efcam & potum quaris regnum. Primum potiusque, dices, ius naturale, ac naturæ conservatio, toto iure poscivo. Assentior. Favet iuri naturali, carne & piscibus repleri? Positivè lege non deveniuntur, sed perficuntur. Plures mortui ciborum corruptelæ, inediæ aliqui, verum nemo parsimonia. Non instituta ieiunia in naturæ destructionem, sed in eius medicamentum: quandoquidem per huiusmodi mortificationis idus, eius sanantur excessus. Videatur concordia discor. Notabilis invenitur officiantia in Religiosis, vel in articulo a quo abhorrent facultates; nec alia de causa nisi quia plus medicam, quam Monachis debent esse Monachi & non medici. Vi-

tium est hec diversitas (ait Stoic. Epist. 20) & signum vacillantis animi, ac nondum habentis tenorem suum. Etiamnum dicam unde sit ista inconstantia & dissimilitudo rerum, consiliorumque. Nemo proponit sibi quid velit, nec si proposuit, perseverat in eo; sed transit: nec tantum mutat, sed redit, & in ea qua deseruit, ac damnavit revolvitur. En affectus varietatis causa: vulnere apponenda medicina. Bernardus, ut vidimus, prohibet Monachum medicum esse. Benedictus urget suos studere medicina. At quo loco? Capite iam citato. Quo aphorismo? Subtrahat corpori suo de cibo, de potu. Hec est vera medicina. Si vis salutem & validam, Recipe ciborum abstinentiam. Ita erit Monachus, non medicus, unà medicus & Monachus. Si pars salutis, uti medico modicè; aptior utique uti modico medicè. Nè opus carnibus in esum, edere medicum. Ius naturale aptatur frugi sub frugalitate. Quia multa devorata, seu vorata, serpsit infirmitas. Iam instat carniū necessitas. Tendit conditio fragilis in ruinam. Recipe ergo ciborum parsimonia. Ut valeas efca, ne valeas ad efcas. Medice cura te ipsum.

Senec.

Quemodò Monachus debet esse medicus?

Hippocrat.

Cibus carni morbus?

Senec.

Ambros.

Virtus ieiunij.

La.

16 Lavatum pedes Tobias junior, Angelo comite, pergit in Tigrim; & ecce piscis immanis exiit ad devorandum eum: quem expavesens Tobias clamavit voce magna dicens: Domine inoadit me. Et dixit ei Angelus: Apprehende branchiam eius, & trabe eum ad te: quodcum fecisset, attraxit eum in secum, & palpitate cepit ante pedes eius. Ita victus, quia ausus laedere icionum, & victus transijt in victum. Partes comeduntur, partes pisces servantur, quippe non totum appositum comedendum: hinc N. Patriarcha cap. 39. inquit: Ut forte qui ex uno non poterit edere, ex alio reficiatur. Aliquid sumitur, & aliquid relinquatur. Alia etiam de pisce servata, quia haec necessaria ad medicamenta. Cuncta observat Doctissimus Sanctius hic num. 10. Videbat Angelus (subdit) quantum inae foret eventura commoditas, quanta Dei subsecutura gloria, cum ex eo pisce, qui modò horribile videbatur allaturus exitium; cibum sumerent, & medicinam, quae diabolum arceret, & amissam oculorum aciem restitueret. Ecce historia: non secus noleamus observare icionia. Ex ingluvie carnum & piscium, languens prolixum contraxit habituale morbum. Quadragesima appropinquat. In salutem pisces edat, quippe icionium levamen infirmitatis, & alimentum salutis. Pisces? Non vorabo, sed devorabor. Hispanice: *Esse pescado me mata*. Pisces. Inveniet profecto ex pisce salubre commodum, qui videbatur horribile allaturus exitium. Non est exitium vitae, sed morbi. Non utique in perniciem, quod suoptè expellit infirmitatem. Non in languorem incidere, si in escam piscem apprehenderet: etenim cum in illicitis sit radix infirmitatis; carnem non haberet infirmam, modò in icionijs apprehendisset parsimoniam. Non egeret ad carnem carnibus, si saturaretur piscibus. Nota. *Affavit carnes eius, & secum tulerunt in via*. Via Monachorum à carnibus abstinentia, ut in meta occurrat gloria: piscisque dicuntur carnes; quia carnes Monacho pisces.

17 O quantum est in rebus inane? Vae indulgenti Superiori! In die Cineris languidiorum infirmitatum nosocomium, & pridem collegium Sybaritarum! In affectationibus, sive agræ valetudinis figmentis, sunt artes insidiatoris, qui renuit icionijs expelli, & studet pravo amore cecitatem immittere: piscisque portiones dicuntur medicamenta, quae prius videbantur horribilia; ut constet abstinentiae commoditas, & icioniorum utilitas: igitur quod videtur amarum adinstar fellis, fuga clarescit demon-

nis & expulsio cecitatis. Haec (ait Angelus) necessaria ad medicamenta utiliter. Minime medicamenta, nisi sint utilia. Usus carnis voluntarie laborantibus indulgetur facile pro medicamine. Medicamen, sed non utile; quippe cecitas immitteatur, atque demonium amplectitur. Medicamentum querendum, & medicamentum commodum, ut qui carnibus tanquam languore laborant, sanari studeant: nullumque aliud salubrius in excusationem languoris, quam apprehendere pisces. Non aliam arbitror causam in huiusmodi delicatos affectus, quam nolle aperire oculos; & fovere carnium affectionem, quasi demonem. Nolle in causa est, non posse praetenditur. *Mel dulce* videtur, sed gustus fallitur: equidem apparet animæ cacitatis amaritudo, quæ a dæmone ministratur carnis dulcedo.

— *Inanascunt epula sine fine petite*. Ut accinit etiam profanus lib. 2. Satyr. 7. v. 107. Pisces sunt alimenta & medicamina. Alimenta in frugalitatem, medicamina in ingluviem: quandoquidem escam piscium, dum labor ab escâ carnium, liberantur afflicti decreto sano abstinentiæ a dæmone & cecitate. Quid ergo pro regimine corporis? Narro num fabulam surdis? Non timent corruptelis insidiantem mortem,

Ut renovent per damnatam.

DIDASCALIA IV.

Icionium Petro de Alcantara cibus.

M Irabilis meritò dicitur, qui icionio quasi cibo pascitur: ait Eusebius lib. 10. cap. 10. Aptè Petrus dicitur Phoenix non renascens, sed vivens inter flammam amoris. Non epulis saturare famem, non fontibus ullis

Affuetus prohibere sitim: sed purior illum Fervor alit Solis

Succinit Claudianus de Phœnic. v. 13. Pascitur inter lilia, cui virtutum candor escâ. Post amoris esuriam & satietatem, Longum bibebat amorem.

Ignorabat hancine vitam singularem Seneca, quippe mirabilis vita; dum Epist. 123. inquisivit: Quid iuvat frugalitate ultrò mortem praecurrere, & quicquid illa ablatura est, iam sibi interdicere? Vivere ultra hominem: equidem non-humanum, cui escâ icionium, & abstinentia alimentum.

Ex abstinentia, diaboli fuga.

2 Ductus Iesus in desertum, cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esurijt. Quid ly Postea? Aluit Chrysolomus Homil. 5. in Matth. Et hic Gislandis sub. 2. 1. Quod non in icionio, post icionium secuta est esurries. Argumentum implicatum causa effectus atque suppositorum, etiam literaliter expositio non difficilis, quia aliud est opus icionij, aliud opus ieiunantis. Ergo in proposito. Si post icionium esurries, de quo fames? Supponit praegustatum alimentum, quod post icionium. Si non praegustaverat, ieiunabat adhuc: quomodo fames post icionium in icionio? Si post icionium, iam passus: quidum passus, si ieiunans? Alimento insigni. Christus nutritae fame: post icioniumque dicitur quasi manducasset, cum per nimiam necessitatem esuriret; quippequam illius toto tempore alimentum duntaxat erat icionium. Non esurire, non erat hominis: aliquando esurire, non erat Dei: subdit Chrysolomus: in icionioque Salvator non esurit, sed post icionium; quia icionio icionium nutrimentum. Exprihere intendit, quod diabolo occulit; esuriturque, ut pareat homo: & in icionio fugit esuritur; quoniam refici per icionium satietatem, inter homines claret supra hominem. Propter icionium non esurit, quia materia defecerat fomes calor. Propter icionium non esurit, quia esuritur in fomitem facultatis. Videndum erat miraculum: & in icionio dicitur post icionium; quia refecerat refectio. Icionium alimentum est: ait Ambrosius de Elia & icionio, cap. 8. Quid mirum si nulla fames, ubi tanta egestatis esurries? Fames nulla, & fames valida. Fames, verum non inedia; equidem per icionia ab ipsa fame ministrantur alimenta.

3 Prosequamur contextum. *Dic ut lapides isti panes fiant*, dixit Assertori N. cæcitiens diabolus. Distant fugam, quæ præbet diabolus escam: igitur panis per diaboli obsequium, non alimentum, sed saxum. A Deo tantum speranda protectio, in quem non cadit conditorum oblivio: & dum Lucifer materiam ad escam offert, Christus despiciat; quoniam nisi panes laboris, præter eundem tanquam lapides. *Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit ore Dei*. Insignis metaphora verbi, ut clareat virtus icionij. Icionium verbum Dei vocat, quia si Deus veller, sine cibo viveremus, uti multos orationi & contemplationi addictos, & spiritualibus delectationibus intentos, Deus pavit, adeo ut omnem cibum humanum fistiderent: insit Abulen. in Deuter. 8.

quem sequitur hic Alapide. Verbum dicitur icionium, & verbum non nutrimentum. Quomodo igitur verbum edulium, aut daps. Quippe non tantum verbum, sed verbum Dei. Hoc discrimen inter ieiunantem, & edentem. Qui comedit, comedendo reficitur: qui ieiunat, reficitur, sed non comedit: cum verbum Dei sit insigne nutrimentum, quin sit edulium; icionij symbolum est huiusmodi verbum: igitur dum deficit ieiunantibus escâ, miro & singulari modo reficiantur per icionia. Hocce discrimen signat Iocles: *Comeditis (ait) vestentes, & saturabimini*. Ergo potest comedi, quin reficiat. Utiq; per icionia: siquidem icionijs mortificati vescuntur, quasi comedentes vescerentur. Indicat vox *Saturabimini*. Satietas indicat cibum, reficientem succo stomachum, cui inest receptioni facultas: & comedentium vescendo indicatur satietas; quoniam per icionium ieiunantes comedunt, ceterum nunquam satiantur. Hæc est efficacia verbi in escitate icionij: igitur refectio fit per icionium, quasi adhiberet alimentum.

4 Reliqui ut PP. & Expositores per Omne Verbum intelligunt Manna: quod quidem patet ex contextu. *Affixit te (Deus, dicitur) penuria, & dedit tibi cibum Manna, quod ignorabas tu, & patres tui, ut ostenderet tibi, quod non in solo pane vivat homo, sed in omni verbo, quod egreditur de ore Domini*. Quid ergo icionium cum Manna, ut collatio inter utrumque sit? Si Manna habebat omnis saporis suavitatem, non est discrimen: etenim per institutum icionium, cunctorum escarum delectamentum. Evisceretur testimonium. *Affixit te penuria, & dedit tibi cibum*. Penuria est omnium rerum inopia, potissimum si defuit, quæ ad victum sunt nec essaria. Afflictio est, si nulla penus: quomodo penuria, si datur in Manna cibus? Quia afflictio ex defectu cibi est, datur pro cibo Manna: equidem si Manna cibus, & afflictio ex icionio cibi defectus; dum studio defecerat alimentum, cibus ministrabatur per icionium. Icitè additur: *Quod ignorabas tu, & patres tui*. Hoc miraculum non cognitum; sed pro icionio exhibendum miraculum. Sciebat Israël per cibum penuriam tolli, nequaquam escitate icionij: exhibeturque cibus, dum est & instat alimenti defectus; quoniam novum ac singulare alimentum, in ipsa eadem penuria magna copia ciborum. Ut ostenderet quod non in solo pane fit refectio; quippe qui pascitur refectio icionij, cibo pascitur ce-

Verf. 5.
Chrysol.
Ezech. 3. 3.
Horat.
Idem.
Ambros.
Verf. 3.
Verf. 4.
Abulen.
Icionia medicamina, & utilia.
Icionium quomodo alimentum?
Eius conditio incognita.

Icionium refectio icioniantium.
Iocel. 1. 26.
Deut. 8. 3.
Car icionia conferunt Manna?